QUÆSTIONES
IN
PHILOSOPHIA
DISCUTIENDÆ, SUB
CAROLO CHAUNCÆO
SS. THEOL. BAC. PRÆSIDE COL. *HARVARD.*
CANTABRIGIÆ, NOV-ANGL.

IN COMITIIS PER INCEPTORES IN ARTIBUS,
DIE OCTAVO SEXTILIS
M. DC. LXV.

I. UTrum Deus puniat peccata necessitate naturæ.

Affirmat Respondens Solomon Stoddardus.

O tu, quæ sapis alta nimis, Sapientia primas
Quæque Gigantæis ausibus astra petis,
Aut velut Icariis assumptis, tolleris, alis
In Cœlum, similem non metuendo casum,
Disce Φρονεῖν & σωφρονεεῖν -- NON subdere fatis
Concipe nos ausos, nec voluisse Deum:
Justitiam at punire malos natura requirit,
Peccatum pugnat cum bonitate Dei.
Ω Babes! hic clama miser, & mirare videndo
Peccatis salvos posse tot esse reos.

II. AN ulla substantia creata sit immaterialis.

Negat Respondens Moses Fiskæus.

NAturam Angelicam, menteſque hac lege teneri,
Iudice quis sensu vel ratione putet?
Verum est quod carnem nec habet, neque spiritus ossa,
Materiam quam tu Spiritibusque dabis?
Quatnor ex causis effectum existere constat,
Actus non puros esse creata patet.
Materiata tamen sunt hæc immateriata,
Quæ sine materia, materiata tamen.